

id disponebat, an vellet, id comprehendere, ad idque sese extendere suam dispositionem. affirmat proculdubio respondere. Quia addo, eo ipso, quod princeps venditionem rei maioratus concessit, & vilius multo est maioratus, eam non vendi, sed subijci hypothecæ, aut pignori, vel constitui in illa censum redimibilem, si hoc aliud possessor maioratus potius efficiat, erit validum ac ratum, actione negotiorum gestorum: cum prætermittat vitium, & in bonum maioratus, venditionem, quam valde ac licite poterat efficere, efficiatque loco illius, quod minus damnosum, vitiosiusque est maioratus, ac successoriis in illo, cui proinde contractus, & commutationi rei minus nocua, pro magis nocua, tanquam rei vitiosius ipsi, & maioratus, gelsa, stare tenentur. Secundo, quoniam nomine venditionis, omnis alia species alienationis comprehenditur. I. statu liberi à ceteris, in sine. ff. de statu lib. ibi: *Quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur.* & affirmant glo. l. 1. 2. C. de vlt. cap. p. n. pro. empt. Bartol. & alij, quos Molina vbi supra numero 16. citat: id verò maximè loci habet, quando id favorabilius est, magisque inserviens intento, ad quod facultas ad vendendum conceditur, ac proinde quando ex eo capite est præsumendum, eam fuisse principis mentem concedentis vendi posse aliquam rem, quæ omnia in re proposita concurrunt. Constat autem ex l. i. cut. §. si perierit. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvatur, vbi habetur, permilla venditione rei alienius, censi permissum omnem alium actum alienationis illius, ex quo non maius sequitur præiudicium, & de quo non minus est præsumendum, permittentem similiter cum velle.

Ad primū. Ad §. si prior, cui primum argumentum nititur, variè respondet Molina vbi supra à num. 20. intenditque, eam dispositionem solò habere locum quoad tutorem, & curatorem minoris, neque esse extendendam ad alia, maximè ad rem præsentem: præsertim cum facultas, quæ conceditur ad vendendam rem maioratus, concedatur domino pro tunc rei illius: tutor verò, & curator, domini non sunt rei minoris, sed administratores solùm. Et quoniam aliquando expedit vendi rem aliquam immobilè minoris, non verò subijci pignori, aut hypothecæ. Dicerem paragramphum illum exorbitantem, quatenus disponit, in decreto facultatis ad vendendam rem minoris, non censi concessam facultatem ad eam hypothecæ subijciendam, solùm habere locum, intelligendumque esse, quando non expedit, rem minoris hypothecæ subijci, cum tamen vitium sit, eam tunc vendi: fecus autem, quando vitiosus est, minusve nocuus, eam hypothecæ subijci, quàm vendi: si enim tutor, aut curator, qui decretum validum, facultatem ve habet ad eam vendendam, illam vitiosus hypothecæ subijciat, aut pignori tradat, vel censum redimibilem super eam constituat, referuando eam minime venditam minoris, validus sanè tunc est talis contractus, neque contrarium disponere rationabiliter ac validè potuit paragramphus ille, nec proinde id intelligendum est disponere interdixisse: cum, saltem actione negotiorum gestorum, validus ac ratum necessariò iudicaretur. Idemque prorsus dicendum est de facultate vendendi rem maioratus.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, contrarium aperte affirmare eam glossam, & cum ea Doctores ibi, ac definiti, l. 8. tit. 17. part. quarta, tametsi ea glossa subiungat, quod iam id dicere, quod in eo arguunt referunt, quorum opinionem non approbat. Ratio verò l. 8. tit. 17. part. quarta, tametsi ea glossa nullus est momenti: naturali quippe ratione facilius concedenda est facultas ad rem aliquam pignori, aut hypothecæ, subijciendam, quàm ad eam vendendam, omninoque alienandam.

A Ad tertium dicendum est, quòd quamvis facultas ad vendendam rem maioratus, sit dispensatio, & dispensatio sit strictè intelligenda, neque extendenda sit de casu ad casum, in re tamen proposita, non extenditur, cum verbum, venditio, omnem alienationis speciem comprehendat, vt dictum est; sed eligitur, quod minus est inter comprehensa in facultate, idque in vitiositate ipsius maioratus, & successorum in illo. Adde, quamvis id non liceret directè vt facultatis ac dispensationis, liceret tamen, facta dispensatione & potestate in eo, quod maius est, agendo vitiosè negotium maioratus, commutandoque magis nocuum in minus nocuum, ex præsumpta omnino principis voluntate, vt explicatum est. Adde etiam, quando dispensatio est circa rem in detrimentum alicuius, vt in re proposita in detrimentum bonorum maioratus, sed propter commodum ipsiusmet maioratus, aut ex iusta alia & rationabili causa, dispensationem quidem esse strictè intelligendam, vt non plus noceat, quàm sit cõcessum, neque extendatur ad nocendum in eo, quod non est cõcessum; non tamen, vt minus nocuum non præponatur maiori: ad eam enim præcisè effectum, redi ratio efflagitat, vt dispensatio late intelligatur, vt ea ratione minus nocuum eius, cuius commodum quaeritur, maiori præponatur.

B Tertium dubium est. Vtrum, si concessa à Rege sit facultas ad vendendam rem maioratus Petro ex certo pretio inter ipsum, & maioratus possitorem conuento, valida sit ex eadè facultate venditio eiusdem rei pro eodem pretio, aut maiori paulo.

C Pars, quæ negat, iudari potest. Primo, ex l. cum seruo. ff. de contr. empt. vbi habetur, si quis iubet seruo suo, aut liberæ personæ, vendere rem aliquam suam certæ determinatæ personæ, & ille vendat eam non alteri, esse inualidam venditionem.

D Secundo, quoniam facultas ad vendendam rem maioratus, est dispensatio, quæ strictè est intelligenda.

E Tertio, quoniam consensus, seu facultas Regis vasallo, vt vendat feudum alicui determinatæ personæ, non potest validè extendi, vt vendatur pro eodem pretio, aut maiori alteri, vt affirmat Yer. Aflicti, & Sigismundus Neapolitanus, à Molina c. 5. citato, nu. 31. relati.

F Quamvis Gregorius Lopez. l. 6. tit. 11. part. 6. verb. que la no pudiese vender. columna 9. verb. item potius, sententiam hanc amplectatur in maioratibus, eamque tutorem affirmet Molina vbi supra, num. 32. Merito tamen idem Molina ibidè ait, verius videri, validam esse eam venditionem, defendendamque esse postquam fuerit facta, nisi ex peculiari ratione concessa sit à principe facultas ad eam rem Petro in particulari vendendam, & non alteri. Ratio autem est, quoniam in ea dispensatione, & facultate, nõ agit Rex negotium suum, sed maioratus, possessorisque illius, quibus nihil refert, vt ea res potius Petro, quàm Paulo, vendatur, modo pro eodem pretio, & queque secure, vtrius vendatur, imò commodius est, videri eam Paulo, si plus offerat pretij, aut securius ei vendatur, quare in ea facultate nõ est censendus nominatus Petrus causa restrictionis, nisi sint coniecture aliquæ, quæ id persuadeant, sed causa demonstrationis, quæ nihil restringit.

G Ad primum verò argumentum in contrarium dicendum est cum glossa prima ibi, illud intelligendum esse, quando dominus rei, qui eam vendi iussit, non erat alteri eam venditurus, nolebatque proinde, vt alteri venderetur: fecus verò quando similiter erat venditurus eam alteri, nihilque curabat, cui venderetur: in re autem proposita, quando non occurrunt circumstantiæ, quæ contrarium persuadeant, censendum est, principem mentionem fecisse de Petro, gratia

Ad tertium.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad primum.

Quartio.

Ad primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Ad primum.

Ad primum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad primum.

Quartio.

Ad primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Ad primum.

Ad primum.

Ad primum.

solùm demonstrationis, ac proinde facultatem concessit ad cuiuscunque pro eodem pretio æquè tuto eam rem vendendum, vt dictum est.

A Ad secundum dicendum est, eo ipso, quòd de Petro gratia solùm demonstrationis facta est mentio in ea facultate, vt est præsumendum, nisi ad sint circumstantiæ, quæ contrarium persuadeant, non intel ligi late eam facultatem ex eo, quòd ea res ex eadem facultate Paulo vendatur.

B Ad tertium dicendum est, longè diuersam esse rationem de feudo, in quo Rex sibi vasallum eligit idoneum, qui sibi seruiat; agatque de negotio suo, & de re sua: quare, nisi intelligatur aliud, gratia solùm demonstrationis expressisse, cui venderetur, censendum est concessisse eam facultatem ad vendendum illi soli.

C Quartum dubium est. Vtrum, si facta sit alienatio, vel hypothecæ, vel maioratus antequam facultas ad id obtineatur, ex principe, facultas postea obtenta, validam ac firmam reddat antecedentem alienationem, vel hypothecam. Ad quod in primis dicendum est, si ob eam antecedentem alienationem, vel hypothecam, possessor maioratus, ex præscripto institutoris, incidit in penam amittendi maioratum vitiosum ad eum vocato, vel in aliquam aliam; ex facultate postea obtenta, non euadete eam penam iam incurram ob talem alienationem: neque principem priuare posse, iure ex eo delicto iam antea quesito successorem in maioratu per eam facultatem, imò neque per expressam remissionem penæ, iuxta ea que disputatio. 74. & alias, dicta sunt. Consentit Molina vbi supra, numero trigesimo sexto. Dicendum deinde est, alio alienam nullam penam incurret, sed solùm alienatio sine principis facultate facta, esse nulla, non reddi validam persequentem principis facultatem, nisi princeps, consensus de ea alienatione antecedente, eam confirmet sua facultate. Ratio autem est, quoniam ea facultas non est censenda tradita ad id confirmandum, quòd contra maioratus institutionem, & cum alienantis culpa factum est, nisi id in ea facultate exprimitur. Ita Molina vbi supra numero trigesimo quarto.

D Quintum dubium est. Vtrum facultas concessa possessori maioratus ad alienandum rem aliquam maioratus, transeat ad successorem in eo maioratus, ita vt successor ex ea ipsa facultate possit illam alienare, si antecessor vti non fuit facultate illa, Molina vbi supra, numero trigesimo septimo, cum Celso, neganter respondet. Ratio est, quoniam permissio vendendi rem aliquam, si is, cui facta est, eam non vendidit, non transit in successorem in care, leg. sicut. §. si debitor. ff. quibus modis pign. soluat. Et quoniam concessio omnis, quæ ad actum factas, in dubio censetur personalis, eaque de causa ad successorem non transit, leg. apud Iulianum (alias iud. Iulianus) §. si quis alicui, ff. de legat. primo. Item quoniam eiusmodi facultas est dispensatio, quæ strictè est intelligenda. Consentit Gregorius Lopez. columna nona citata, verisè, sed pone r. tametsi eam limitet, vt fecit is, quando per se fuerat causa, ob quam concessa est. Placet verò, quòd Molina ait, id scilicet verum esse, modo facultas concessa sit, non potius possessori illi in particulari, vt ob hoc mandet, sed quantum ad effectum non transiit in successorem, nisi sit expressè concessa, et in particulari possessori, vt id ex ea causa alienari possit.

Bona maioratus, etiam ex regia facultate permilla alienari, aut obligari, an, existentibus alijs bonis liberis possessoris maioratus, alienari, & obligari possint.

S Y M M A R I U M.

- 1 Maioratus bona si alienari, aut obligari concedatur ex causa ipsiusmet maioratus, aut publicæ, ad quam possessor maioratus contribuere non tenetur de suis proprijs bonis, aut de redditibus maioratus, alienari aut obligari possunt, etiamsi possessor maioratus habeat alia bona libera, & etiamsi in facultate sit apposta clausula, quod alienatis, aut obligatis prius alijs bonis liberis.
- 2 In facultate alienandi, aut obligandi, bona maioratus, non ex causa ipsius maioratus, aut publicæ, sed per intelligitur clausula, alienatis prius ad id bonis liberis possessoris maioratus, esto non exprimitur. Neque valet alienatio, aut obligatio, nisi quoad latitudinem ultra bona libera alij possessoris.
- 3 Obligatio bonorum maioratus aut alienatio si facta sit, apposta illa clausula, aut ea subintellecta in facultate Regis, non præcedente obligatione aut alienatione bonorum liberorum, quæ vere existant, non alienatio & obligatio bonorum maioratus sit tunc omnino nulla.
- 4 Existente facultate regia cum eadem clausula tacite, aut expressè, vt obligari possint bona maioratus, postea fieri non potest executio in bonis maioratus, nisi facta fuerit prius executio in bonis liberis possessoris, etiam que acceuerint usque ad id momentum.
- 5 Maioratus bona si ritè fuerint obligata, datis simul fideiussoribus pro eo debito, nec fideiussores renunciant beneficio, vt prius fieret executio in bonis obligatis, non prius fieri potest executio in bonis obligatis, quam in eis bonis maioratus. Secus renunciantur: sed ipsi tunc recursum habent aduersus bona maioratus.
- 6 Maioratus bona si ritè alienata irrevocabiliter iam sint, eo quòd non fuerint tunc bona libera possessoris maioratus, esto post eam alienationem irrevocabilem consummatam, eidem possessori bona libera adueniant, nõ retrahatur alienatio semel ritè consummata, sed ea bona pertinent ad ipsum, & ad heredes ipsius.
- 7 Maioratus bona si obligata fuerint in defectum bonorum liberorum possessoris maioratus, & idè possessor ante eam obligationem contraxerit alia debita, etiam personalia, de bonis liberis soluenda sunt debita illa antea contracta.
- 8 Contrarium est dicendum, si debita fuerint contracta post obligata bona maioratus & libera, tacite saltem. Excipitur, nisi ea debita rationabiliter sint contracta, ita quòd commode ac rationabiliter variari alienatio non poterit.

D Isputatio hæc præcipue non habet locum, quando bona maioratus vendi, aut obligari, permittuntur ex necessitate, aut in utilitatem ipsiusmet maioratus, aut in causam publicam, ad subueniendum reipublice, iuxta ea que disputatio. 640. 641. 644. 646. 649. dicta sunt: tunc enim ratio nõ est habenda bonorum possessoris maioratus, quæ prius alienetur, aut obligetur, sed solùm aliorum bonorum liberorum ipsius institutoris maioratus, quæ raro esse solent, nisi tempore eius, in quo maioratus fuit primo institutus, ha-

habendaque est eorum ratio, ut prius ex illis solvantur debita, & onera, in futurum, quam ad illa solvenda accipiatur, bonum aliquod maioratus alienetur, aut obligetur, ut disputatio. 640. & alius citatus, dictum est. Solum vero habet præcipue hæc dispositio locum, quando in subfidium, quia possessor maioratus non habet sufficientiam alia libera bona, unde aliquid fiat, ut vnde doret filiam, aut quæ possit obligare pro dote, quam ipse, aut filius ipsius, qui succedere debet in maioratu, accipit cum vxore, aut simul pro arrhis solvendis, vel ex aliqua alia causa ei permittitur, ad aliquid alienare quippiam de maioratu, vel obligare ad id maioratus bona hypothecæ ea in id subijciendo. Tamen, ut disp. 649. iunctis ijs, que in posteriori parte disput. 648. dicta sunt, a nobis est comprobatum, illa non sunt iusta causa, ex quibus princeps licite, aut valide possit eas facultates concedere. Quia tamen conceduntur, ministris, quos vocant de la camera, alicuius auctoritate ductis, id licite ac valide fieri posse hæc tenus arbitrantibus, de hac re erit dicendum: & quoniam aliqua forte occurrere poterit legitima causa, ex qua simile quid valide ac licite concedatur.

1. Molina libr. 4. de primog. cap. 7. in princ. refert, in regijs facultatibus, quæ ad bona maioratus alienanda, aut hypothecæ subijcienda, conceduntur, frequenter solere addi clausulam, quod prius alienentur, aut obligentur, bona libera (intellige possessoris maioratus) & eis deficientibus, alienentur, aut obligentur, bona maioratus; aut quod alienatio, vel obligatio, fieri valeat de bonis maioratus, deficientibus bonis liberis possessoris. Refert etiam, interdum facultates absolute concedi, ut alienari, aut obligari, possint bona maioratus ad aliquid, nulla appolita simili clausula. Et quidem, quando facultas concederetur ad alienandum, vel obligandum, bona maioratus, ex causa ipsius in eorum maioratus, aut publica, ad quam possessor maioratus tribuere non teneretur de suis proprijs bonis liberis, aut de redditibus maioratus, iuxta ea que disputationibus citatis explicata sunt, tunc, esto apponeretur ea clausula, censenda esset appolita ex conuetudine experientis litteras, & ex eiusdem, vel imperitiam, vel inaduertentiam, ac proinde de illa non esset curandum, sed alienari, aut obligari, ad id possent sola bona maioratus, etiam si possessor illius multa sua bona libera haberet: quoniam summus illi de solis bonis maioratus fieri debent, ut disputationibus citatis dictum est; irrationalibusque tunc princeps vellet, ut prius in eo euentu alienarentur, aut obligarentur, ad id bona omnia defectum, alienarentur, & obligarentur bona ipsius maioratus quod de intento principis nulla ratione est præsumendum: eaque de causa clausula illa conuetudini, imperitiam, aut officiantiam, litteras expedientis, est tribuenda. In frequentibus ergo non loquimur in hoc euentu, sed in alijs, in quibus diximus præcipue habere locum hæc dispositionem.

2. His ita constitutis, primum dubium in hac dispositione est. Si concessa sit regia facultas absoluta ad alienandum, vel hypothecæ subijciendum bona maioratus, nulla earum clausularum appolita, quæ frequentius apponi consueverunt, quod scilicet id fiat, deficientibus bonis liberis possessoris maioratus, aut in futurum illius, quæ prius alienentur, aut obligentur, utrum subintelligenda sit ea clausula, ita ut procedi non possit ad alienandum, aut obligandum bona maioratus, nisi quoad id, quod defuerit, alienatis prius, aut obligatis bonis liberis. Molina vbi supra, numero 1. parum affirmantem amplectitur, quam veram esse existimo. Eam probat ex lege, pater filium in princip. vbi idem quantu, ff. de leg. 3. vbi habetur, fideicommissi bona alienari posse ad soluenda

debita testatoris, qui illud reliquit, quando non sunt alia bona libera eiusdem testatoris, vnde ea debita soluantur, secus quando sunt alia bona, vnde soluantur: quare facultas ex iusta causa ad alienandum bona fideicommissi, aut maioratus, ad aliquid efficiendum, semper intelligitur, nisi ad sint bona libera vnde id fiat; aut quatenus bona libera ad id efficiendum non sufficienter: alioquin profecto, neque ad effectum iusta & sufficienter ad id causa, neque licite, neque valide, posset princeps id concedere in derimtum iuris fideicommissarii, aut vocati vltimus ad maioratum: quo fit, vt, esto ea clausula non exprimitur, ex natura ipsa rei, iurisque dispositione, sit intelligenda, neque vltima ratione sit præsumendum, principem aliquid velle, aut concedere: cum neque, si id vellet, aut intendere, licite, aut valide, posset illud efficere, præinducendo, sine vlla iusta causa, iuri ea in parte fideicommissarii, aut vltimus vocatorum ad eum maioratum. Atque hæc sane sola ratio ad intentum probandum sufficit, quam non ita efficiter conficit ac explicat Molina vbi supra. Deinde eam probat ex authenticis res que, C. communia delegatis, & ex authenticis, vnde illa desumitur, quibus in iuribus, vt disp. 649. vltima natus est, conceditur fideicommissario vltimus gratia, fideicommissum restitueret, ex illo dote filiam, aut nepotem, descendente testatoris, qui id fideicommissum instituit, quando legitima talis filia, & alia bona libera eiusdem filia, ac patris, ad id non sufficiunt: secus vero si sufficienter quare facultas ex iusta causa ad alienandum bona fideicommissi, aut maioratus, ut aliquid fiat, quod aliquo efficere debebat fideicommissarius, aut possessor maioratus, de bonis suis, intelligitur similiter, nisi ad sint bona libera eiusdem fideicommissarii, aut possessoris maioratus, quæ prius ad id alienantur, aut obligantur, aut quatenus ea bona ad id non fuerint satis: alioquin similiter, neque ad effectum iusta & sufficienter ad id causa, neque licite, neque valide, posset princeps id concedere, locumque similiter habere reliquit, quæ præcedente ratione addita sunt, & que breuitatis causa non repeto. Atque hæc ratio probat, de bonis liberis fideicommissarii, aut possessoris maioratus: præcedens vero de bonis liberis institutoris fideicommissi, aut maioratus.

Quia ex stylo camere Regis, sicut frequenter in eiusmodi facultatibus apponi solet clausula illa, in terdū tñ omittitur; summoque conatu contendere solet, qui eas facultates petunt, vt mittantur, idque obtinet, id vero contendit, quia ea appolita, raro inueniunt, qui annuos redditus emere ex tali regia facultate in rebus maioratus uelint, & ea non appolita, facilius, qui eos emant, inueniunt, vt Molina vbi supra, n. 3. hæc oia testatur. Hinc subiungit, cū in quodam eiusmodi facultate appolita non fuisset clausula illa, obligataque fuissent sola bona maioratus, se vidisse proposita quoniam satis controuersa, & sub intelligenda nihilominus esset ea clausula, neque valeret obligatio, procedi uero non posset ad alienationem ob talē obligationē bonorum maioratus, nisi deficientibus, alienatis; ad id prius bonis oibus liberis. Contendebatur quippe, quod ex stylo camere Regis, interdum apponatur ea clausula, & interdum omittatur, & de industria, contentibus & obtinentibus id, qui eas facultates petunt, quando apponitur, seruanda esse forma: quando vero omittitur, pro omisa, minimeque seruanda, esset ea clausula habenda: quia, quando princeps id seruari uult, illud in facultate exprimit: quod uero illud non exprimit, signum est, ad id non intendere obligare: quoniam, si seruari uellet, ad idem obligare intendere, illud expressisset. Hac tamen consideratione non obstante, Molina ibidem num. 5. merito subiungit, non satis esse clausula illius omissionem, ut subintelligi, seruarique non debeat, sed necesse

necessariam ad id etiam esse appositionem clausule, non obstantibus iuribus a nobis supra citatis, aut alterius clausule æquipollentis, qua iuribus illis sufficienter detegitur. Ego uero dico, principem, neque licite, neque valide, apponere posse eam clausulam, quæ præiudicium afferatur iuri vocatorum vltimus ad eum maioratum; ut satis perspicue probant duæ rationes ex iuribus citatis à nobis supra coniecte. Ex dictis infert Molina, quando possessor maioratus ex facultate, in qua omisa est clausula illa, deficientibus alijs bonis liberis, obligauit sola bona maioratus, cum tamen essent bona libera, quæ possent obligari, & quæ prius obligari & alienari, ad id deberent, posse filium primogenitum, aut quencunq; alium successorem in maioratu, tempore mortis antecessoris, reuocare eam obligationem, aut alienationem, saltem quoad latitudinem bonorum liberorum, quæ obligari, aut alienari, prius debebant, ut mox dicetur: eaque de causa debet esse cautus creditor, ut non ex sola eius clausula omissione perpetuam securitatem sibi promittant. & ut saltem, cum bonis maioratus, obligari, subsicere hypothecæ faciant cetera bona libera eiusdem maioratus possessoris, ut si à bonis maioratus omnino, aut ex parte, excludatur, eod quod essent bona libera, quæ prius obligari & alienari debebant, recursum ad ea habeant, quod mox lestissimum, ac ualde nocuum esset ceteris filijs eiusdem maioratus possessoris.

Secundum dubium est. Si appolita clausula illa in facultate Regis, aut ea subintelliga, facta sit obligatio bonorum maioratus; aut alienatio, non præcedente obligatione, aut alienatione, bonorum liberorum, quæ uere existant, num obligatio, & alienatio, bonorum maioratus, sit tunc omnino nulla; an uero solum uis que ad quantitatem bonorum liberorum, quæ prius obligari, & alienari debebant ita ut quoad residuum sit valida. Ad hoc placet responsio Molinæ vbi supra numero sexto, nempe non esse omnino nullam, sed solum quoad quantitatem bonorum liberorum, quæ prius obligari & alienari debebant: quoad residuum uero esse validam, nisi sit talis res, quæ ex parte non potuerit alienari, aut obligari: & consentiunt quoad hoc vltimum, quæ diximus dispositione 467. Ratio autem præcipua huius asseri est, quoniam clausula illa adhibita, aut subintelliga, in ea facultate, non est conditio, cuius transgressio reddat nullum omnino vltimum eius facultatis, sed solum est restrictio eius facultatis, ut scilicet alienatio, aut obligatio, bonorum maioratus, non habeat locum, nisi in defectum bonorum liberorum, & præcisè quantum fuerit opus ultra bona libera, ut inuenti formæ facultatis, quando in ea apponitur ea clausula, est satis perspicuum, atque ex intento eam apponentis satis constat. Quare sicut quando ex facultate Regis ad instituendum maioratum contingendo legitimos filiorum, appolita expressè clausula, ut competentia alimentum singulis filijs relinquatur, vel illa ex ipsamet rei natura intellecta, illi maioratus instituantur; non relictis singulis filijs competentia alimenta, valida est institutio; detrahendo de illa solum uis que ad competentia alimentum singulis filijs, quoad quam quantitatem solâ est nulla ea institutio, ut disput. 178. conclus. 3. & dispositione 616. §. dubium deinde est, explanatum fuit, quod quod ea clausula non sit conditio, sed restrictio facultatis, ut solum se extendat ad cetera bona, non uero ad competentia alimentum filijs debita: ita res habet in proposito.

Terium dubium est, quando regia facultas conceditur, ut bona maioratus hypothecæ subijciatur, seu obligentur, appolita, vel intellecta, clausula, non existentibus alijs bonis liberis, quæ obligentur, aut hypothecæ ad id subijciatur, num intelligi de

beat de bonis liberis, quæ fuerint tempore, quo contrahitur ea obligatio ac hypothecæ; an etiam de bonis liberis, quæ fuerint tempore executionis; si opus sit postea vendi pro ea obligatione & debito, bona hypothecata, ita scilicet, ut prius oporteat fieri executionem, non solum in bonis liberis, quæ fuerint aut aduenierint tempore contractæ hypothecæ in bonis maioratus, sed etiam in bonis liberis, quæ accreuerint post contractam hypothecam in bonis maioratus, & extiterint tempore talis executionis; solique fieri debeat executio in bonis maioratus, quoad id, quod defuerit ad integrum debitum persoluedum, ultra bona libera à principio obligata, aut obliganda, atque etiam ultra bona libera, quæ in super pertra fuerint tempore talis executionis. Ad quod dicendum est cum Molina c. 7. citato num. 8. & 19. hypothecam, seu obligationem bonorum maioratus, solum intelligendam esse quoad id, quod defuerit ad integrum debitum soluendum, ultra bona libera, tam à principio contractæ hypothecæ bonorum maioratus, simul cum illis obligata, aut obliganda, quam quæ accreuerint, aut aduenierint, usque ad tempus executionis. Ratio autem est, quoniam ad præiudicium iuris vltimus vocatorum ad eum maioratum, non possit obligari potestatem bona maioratus, etiam ex facultate principis, quæ in defectum vltimumque bonorum liberorum, ut ex duabus rationibus supra factis satis est manifestum: quare illo modo censenda est concessa facultas à principe, & contracta hypothecæ bonorum maioratus.

Quantum dubium est. Si possessor maioratus ex facultate Regis rite obligauit bona maioratus, & simul ad maiorem securitatem adhibuit fideiussores, num in euentu, quod executio fieri debeat pro eo debito, deficientibus bonis liberis, in quibus ea fiat, possit fieri immediatè in bonis maioratus; an uero prius conueniendi sint fideiussores, & in eorum defectum, fieri debeat in bonis maioratus. Molina vbi supra numero 9. diffinitur. Quod aut fideiussores renunciarunt beneficio excussionis: aut ei non renunciarunt: iuxta ea que de vtraque re disputatio 343. copiose explicata sunt. In primo euentu, quando scilicet beneficio excussionis renunciarunt, potest que proinde executio fieri immediatè, vel aduersus debitorem principalem, & ipsi que bona, vel aduersus fideiussores, bonaque eorum optione creditoris, ut disputatio citata comprobata sunt, dicendum est. In optione creditoris tunc esse, petere suum debitum, vel immediatè à fideiussoribus, vel ex bonis maioratus actione hypothecaria. Quando enim bona fideicommissi, aut maioratus, rite obligata sunt, esto adhibiti simul sint fideiussores, & illi beneficio excussionis renunciarunt, integrum creditori est, executionem pro suo debito facere, vel aduersus fideiussores, vel in bonis talis fideicommissi, aut maioratus: quoniam eo ipso, quod rite pro eo debito obligata sunt, facta sunt libera ad effectum, ut deficientibus alijs bonis liberis, fiat in eis executio eius debiti. Ita Molina vbi supra cum Paulo Castrensi, Curt. Iunior, & Paredilla, resque ex se est satis perspicua. Idem confirmat Molina, quoniam bona maioratus non plus grauantur ex eo, quod creditore debitum ex eis exigat, quam si illud ex fideiussoribus exigeret: quoniam, ut disputatio 344. huius est explicatum, si creditor ex fideiussoribus recipiat debitum, cedere eis tenetur actiones, quas aduersus possessorem maioratus, bonaque ipsa maioratus habebat, ut id ipsi reciperent ex bonis maioratus, ex facultate regia factis liberis ad effectum, ut ex eis id debitu, ad quod ex eadem facultate sunt obligata, soluantur: quin & possessor maioratus actione mandati, & negotiorum gestorum, tenetur id omne eis soluere de bonis

Tom. III. I 2 maio.

rum omnium liberorum, que simul generali hypothecae subijciuntur, & conseqüenter cum limitatione, vt prius exequutio fiat in eisdem bonis liberis vniuersali hypothecae subiectis, & postea in particulari hypothecae solum quantum defuerit ad integrum debitum solvendum. Quod verò ad secundum euentum attinet, sanè multo minus habere potest locum in illo lex 2. citata, quàm in primo, ex eo quod dicitur, etiam in secundo euentu hypothecam bonorum maioratus esse particularem: quare, cum ostensum sit, eam legem locum non habere in primo euentu, constat multo minus habere locum in secundo.

Ad primam con-

Ad primam verò confirmationem dicendum est, multo maiores lites oriri cum possessore maioratus, & cum successore in illo, ex eo, quòd creditor eligat facere primò executionem in bonis maioratus, multoque facilius in eis vincatur, quàm si illam faciat primò in bonis liberis: vnde, quod ad iuratur ex l. à Dno Pio, locum non habet in proposito.

Ad secundam con-

Ad secundam verò confirmationem dicendum est, non esse equiorem opinionem, que veritati non immitur: pauperes verò creditores, videant cū quo celebrent suos contractus, & qua securitate eos celebrent: præsertim cum agatur de præiudicio institutoris maioratus, & vocatorum ad illū. Rigorem verò huius sententiæ aduersus pauperes mitigat sequens hac ad illam restrictio & explicatio. Quod scilicet, quado debita posteriora rationabiliter sunt contracta à possessore maioratus, in rebus, que ab illo rationabiliter excusari non poterant, soluenda tunc ex bonis liberis sint ea omnia debita, etiam si personalia sint, neque habeant hypothecam tacitā, aut expresse. Ratio autem est, quoniam princeps, qui facultatem ad obligandum bona maioratus concessit, obligatis prius bonis liberis eiusdem possessoris maioratus præsentibus & futuris, in quibus reditus maioratus comprehenduntur, non censetur impedire congruis sumptibus, competentemque sustentationem ex illis possessoris maioratus, neque id esset rationabile: quare solum ea bona libera censentur simul cum bonis maioratus obligata, que superfluerint, deductis competentibus & rationabilibus omnibus expensis talis possessoris maioratus.

Ad quem autem probate attineat, bona libera non existere, vt ad executionem in bonis maioratus possit deueniri, lege Molinā vbi sup. à nu. 32.

D I S P U T. 654.

Maioratus successor num ob ingratitudinem, vel in institutorem, vel in antecessorem maioratus possessorem, possit successione in illo priuari.

S Y M M A R I U M.

- 1. Maioratu priuari non potest quis ob ingratitudinem, aut aliud delictum, in antecessorem in eo, qui institutor eius maioratus non fuerit.
- 2. Regno priuari non potest legitimus in eo alioquin successor, propter ingratitudinem, in patrem Regem, cui succedere debet, esto pater legitimè eum exheredasset.
- 3. Maioratu priuari potest successor, propter ingratitudinem in prædecessorem, quando institutor id decreuit in testamento suo.
- 4. Maioratu instituto ex legitima ad eum vocatus, quando priuandus sit ob ingratitudinem, aut delictum, in institutore, quando non item. Et quando commoditas pertinet ad solum ob delictum possessoris.
- 5. Maioratu heredis titulo, non ex legitima, instituto, quando priuandus sit, aut non sit successor ob ingra-

titudinem, aut ob aliud delictum, in institutore commisit, & quando commoditas ad solum attinet. 6. Maioratu instituto irrevocabiler, quando successor priuari eo possit, aut non possit, ob ingratitudinem ac delictum in institutore. 7. Maioratu irrevocabiler instituto legitime heredi commisit, aut contra ius, inter vivos, quando successor excludatur ob ingratitudinem ac delictum in institutore, & quando commoditas ad solum pertinet.

Dicendum est deinde de amissionem maioratus, ob culpam eius, qui illum amittit, siue antequam ad possessionem illius adveniret, huc potest illam adeptam. Et primò ob ingratitudinem. Atque, si de possessore maioratus, qui institutor illius non est, agemus, paucis est dicendum. Ob ingratitudinem aduersus ipsum commissam, successorem in eo maioratu non posse illo priuari. Ita communis sententia, quam Molina lib. 1. de primogen. cap. 9. à nu. 2. refert ac sequitur, eandemque amplectuntur Anto. Gom. l. 40. Tauri num. 71. & Acosta de patruo & nepote, par. 3. nu. 21. Ratio autem est, quoniam, cum hic novus successor in eo maioratu, non debeat illum accipere à proximo possessore illius, neque ex præcipio illius, neque tanquam hereditatem, & bonum illius, sed illum accipiat ab institutore, ex præscriptoque institutoris, & tanquam bonum illius, sibi tanquam fideicommissum vnuer-sale, aut particulare, vel tanquam rem donatam sub modo, in tempus vite sue relictum, vtique ingratitudo, aut delictum aliud, aduersus immediatum possessorem, non est causa, vt priuatur ea successione; sed, si pena ob id delictum si successori dignus, à iudice est ea puniendus, illi intelligendo, quam penam in eo euentu leges alioquin statuunt, vel alia arbitraria. Consentit l. filiusfamilias, §. cum pater. ff. de legat. vbi filius exheredatus legitime à patre, cupit nihilominus fideicommissum tati patri, ab auctore exheredati, relictum filijs ac familia. Consentit etiam alia iura, que Molina vbi sup. citat. Sic, ex Peralta refert, pronuntiati fuisse in supremo regno Castellæ senatu circa Duceisam de Najara, & Comitissæ de Valencia, quam pater exheredauerat omnibus bonis: comprobata enim fuit ea exhereditatio in bonis patris liberis: non verò quoad bona maioratus, à prædecessoribus vinculo alligata maioratus.

Emmanuel Acosta vbi sup. nu. 1. 3. censet, si pater regni possessor, exheredit legitime primogenitum suum regni successorem, manere eo ipso priuatum regno. Dicitur, quia arbitratu, regnum hereditate esse, iureq; hereditario deseri. Cum autem regnum nūquam hereditario, sed semper sanguinis iure, atque ex pacto & prouidentia, deferatur, vt disp. 16. & alij sequentibus, luce clarius est demonstratum, quo in loco, Caput, licet devoto, copiosè ac legitime à nobis est explanatum, euerfa proleō manet illius hac de re sententia.

Obiura tamen, si maioratus institutor faceret, vt successor in maioratu, propter ingratitudinem aduersus proximè maioratus possessorem, possit ab eo excludi, tunc ob tale delictum excludi possit, vt cum Peralta rectè ait Molina vbi supra. num. 3. Peralta consulat, vt maioratus institutores eam clausulam in institutione adhibeant, ne successores in maioratu insolentes sint aduersus antecessores possessores: annuitque Molina, modo tamen antecessores possessores pater sint, aut auus, vterque ad eum maioratum vocati: quoniam eiusmodi successores plus reuerentiæ debet patri, & auo, quam alij remotioribus maioratus possessoriibus.

Quan-

Quando ingratitudo, aut delictum, commissa sunt aduersus institutorem ipsum maioratus distinguendum est. Quoniam, si maioratus institutus est ex legitima illius bonis insipientibus debita, qui ad eum vocatur, quique ingratitudinem aduersus institutorem commisit, tunc, siue maioratus testamentis, siue quacunque alia ratione sit institutus, & siue ante institutionem, sciens, vel ignorans institutore, de huiusmodi ac ingratitudinem, siue post institutionem, ante mortem institutoris, vel eo iam defuncto, delictum, seu ingratitudo, sint commissa, sanè, nisi institutor maioratus exheredit testamentis ita ad eum vocatum, inserta causa legitima exheredationis, ac sufficienter probata per ipsum institutorem, aut per heredem, alium ve ad eum maioratum vocatum, ille ingratatus ad eum maioratum vocatus, succedit in illo, tum in exteriori, tum etiam in conscientia: forosens autem, si ipsemet maioratus institutor eum exheredaret in testamento apposita in eo legitima causa exheredationis ac probata legitime per ipsum aut postea per heredem, aut successorem tunc enim ita exheredatus excluditur ab eo maioratu, siue sit iam in possessione illius, siue non, & succedit ultimus ad eum vocatus, vel scilicet ex maioratu, quod disp. 178. in illo instituit. Ita Molina vbi supra à num. 8. & à num. 1. atque perspicue hæc omnia constant ex dictis copiose à nobis disp. 175. vbi late ostendimus, eum, cui ita legitima debetur, ac proximè ita vocatum ad eum maioratum, non aliter posse priuari à parente, qui illum instituit, sua legitima, & in consequentiam maioratus ex ea legitima instituto, quam facta ab eodem parente exheredatione illius à tali legitima, inserta eius exheredationis iusta causa ex his, quas disp. 176. sequenti explicauimus: neque sufficere aliam causam, præter illas, etiam si arque grauis, aut grauior, illis sit, vt disp. 176. satis efficaciter, nisi fallimus, probauimus aduersus Molinam, c. 9. citato, & aduersus plerisque alios, quos ibi citauimus. Quia ergo hæc omnia locis citatis iuste à nobis ostensa sunt non plus immorer in illis nunc probandis, ac explicandis.

Dices. Quamuis exhereditatio illo modo causa inserta & probata, necesse fiant, vt vocatus ita ad maioratum, eo possit priuari, quoad legitimam præcie ipsius, qua constat talis maioratus; si tamen maioratus constaret simul alij bonis institutoris, vt regula riter constare solet, necessaria non esset talis exhereditatio, vt excluderetur ab eo maioratu, quoad in crementum illud honorum, quo ita simul constaret, sed sufficeret ingratitudo, quam sufficere subijciemus ad exclusionem ab integro maioratu in euentibus, in quibus maioratus non constat legitima debita vocato, aut vocatis, ad illum. Ad hoc dubium respondit optime Molina vbi supra, num. 16. Quod quia maioratus res est indiuidua, que vnita, minime ve diuisa, deseri semper ad vnum debet, ex ipsamet maioratus natura, voluntateque institutoris, vtique eo ipso, quod vocatus ad maioratum, in quo legitima ei debetur, excludi non potest ab ea parte eius maioratus, nisi exheredetur; & apposita & probata legitima exheredationis causa, neque etiam excludi potest à reliqua eiusdem maioratus parte, nisi seruata eadem forma, & conditione. Possit quidem maioratus ille institutor declarare ac velle, quod si causa exheredationis non probaretur sufficienter, aut si is, cui legitima ex illo debetur, post mortem ipsius, ipsove ei ignorante dum viueret, aliquam ingratitudinem committeret, dissoluere eum maioratus quoad eam legitimam portionem, & quoad reliquum is excluderetur ab eo maioratu, standumque tunc esset voluntati ac dispositioni illius: interim tamen, dum id nõ flaturus, maioratus ex sua natura, ac ex præsumpta institutoris voluntate, manere, & deserique deberet

indiuisus, & cum necessario deseretur, quoad legitimam ad ita ingratum, per concomitantiam delectetur etiam quoad reliquum. Hi accedunt, exheredationem fieri debere in totam hereditatem alicui debitam, aut relictam, vt sit valida, vt disp. 171. 5. exhereditatio, vt sit valida, didicimus. Illud vero est obseruandum, si ingratitudo, vel delictum, esset tales quod ob illud, qui id committeret, priuandus esset hereditate sisco, tanquam ex indignus, vt si interficeret institutorem maioratus, vel aliquid aliud committeret, ex ijs, que disp. 178. commemorata sunt, ob que quis, tanquam indignus, priuatur hereditate, pertinetque ad solum, tunc, quamuis maioratus ille, ob vinculum, non pertineret ad solum, neque quoad proprietatem, neque quoad vsum fructuum, sed finita iura talis propter id delictum maioratus indigni, attingeret ad ultimum ad illum vocatum; 3. commoditas tamen ex eo maioratu, interim dum talis, illo indignus, viueret, ad solum utique attingeret. Ita Molina vbi supra, num. 12. Lege que disp. 178. & in calce disp. 624. dicta sunt. Et simul obserua, si tale esset delictum, ob quod incapax omnino successoris, ac proximè successoris in eo maioratu, efficeretur, qui illud committeret, tunc neque commoditas transiret ad solum, sed continuo maioratus ad eum deuolueretur, qui vltimus ad illum esset vocatus, vt cum alijs, quos citat, affirmat Molina vbi supra, num. 27. Qui verò hi sint, tum de iure communitatum de iure iuris Castellæ regni, aut Lusitanie, lege, que diximus disp. 154. 48. in calce, dispositionis 624. & disp. 603. Hoc uero limita, nisi talis sit maioratus, & tale delictum, ob quod maioratus extingatur, & pertinet ad solum, iuxta ea, que in loco suo dicenda sunt: tunc enim ea omnia bona talis maioratus spectant omnino ad solum.

Quando vero maioratus titulo heredis est institutus, ceterum non ex legitima eius, qui ad eum proxime vocatur, quique heres eorum honorum iam vinculatorum instituitur, tunc, quamuis integrum sit in institutori reuocare eum maioratum interim dum viuat, etiam si nulla inimicitia inter ipsam, & ita ad eum vocatum, sint exorta, nullamque vocatus ingratitudinem committat, si tamen, dum viuat, eum non reuocet, esto, institutore viuente, exorte sint graues inimicitie inter ipsam, & ita vocatum, & esto vocatus causa fuerit eorum inimicitiarum, atque esto vocatus quamcunque ingratitudinem, institutore viuente, aut eo iam defuncto, aduersus eum committat, imo esto institutorem interfecerit, non censetur reuocata maioratus, ea que heredis, instituto. Si tamen crimen sit de numero eorum, propter que heres efficitur hereditate indignus, iuxta ea que disp. 178. explanata sunt, tunc amitti sisco, non quidem maioratum, ob vinculum illius sed commoditatem ex illo, interim dum, qui tale crimen commisit, viuat, modo feratur sententia, qua ad eam penam is condemnetur. Excipe, nisi institutor maioratus sciuerit delictum dum viueret, illud que remiserit, scilicet virtute, eum videlicet maioratum eo modo instituto post sententiam eius delicti, aut antea eo modo institutum, cum post, sufficienterque ad id tempus haberet, illum non reuocando.

Prima totius huius auctori patet, quod scilicet si maioratus institutor possit, dum viuat, pro libito eum reuocare, etiam si nulla inimicitia orta sint inter ipsam, & ad eum vocatum, nullamque licet aduersus institutorem commiserit ingratitudinem, satis se se perspicua est. Voluntas quippe testatoris vique ad mortem est deambulatoria, potestque prome reflecta, interim dum viuat, pro libito reuocare quicquid per vltimam voluntatem antea statuerit.

Secunda verò, quod scilicet, si dum viuat, eum non reuocet, esto ortæ sint graues inimicitie inter ipsam, sicut.

& vocatum ad eum maioratum, culpa ita vocati, imo esto vocatus institutorum interfecti, valida nihilominus sit ea maioratus acque heredis institutio, constat ex discrimine, quod ea in parte est inter legata, de quibus mos dicitur, & heredis institutio, quod scilicet heredis institutio illis de causis invalida non reddatur, nisi a testatore reuocetur, vt constat ex l. ex parte ff. de adimend. leg. & tradit gl. l. 1. §. vltim. ff. eo. tit. atque affirmat communis doctorum sententia, quam Molina ca. 9. citato, nu. 23. refert ac sequitur, reiecit opinione Barto. qui, confundens causas, ob quas aliquis redditur hereditate indignus, & ob quas hereditas ad filium pertinet, cum causis vnde de futuro heredis nulla reddatur, perperam affirmat, quod si inimicitia culpa heredis hinc orta, reddatur propter eas maius heredis institutio.

Vltima vero pars, & limitatio illi subiuncta, explanata, comprobataque à nobis est disp. 178. cita ta, iunctis ijs, que ante hoc tomum asserunt dicta à nobis sunt, eamque, cum limitatione subiuncta, asserit Molina vbi sup. num. 24. cum communi doctorum sententia, quam refert. Quibus num. 27. in hoc euentu addit, quando tamen redderet incapacem omnino successio in hereditate, in eoq; proinde maioratus, enim, qui illud commisit, aut superueniret alia causa, ex qua incapax redderetur, tunc neque commoditate maioratus pertinere ad filium, sed maioratum cum tota illius commoditate spectare eo ipso ad vterius ad eum vocatum, idemque esse dicendum, quado institutio vocati clausulam, quod statim, commissio crimine, maioratus deuoluere ad vterius ad eum vocatum. De qua re infra dicitur, si mulque explicabitur, quando maioratus, crimenque, hinc eius natura, vt continuo maioratus ex tingatur, intereque deuoluatur quoad omnia bona, ex quibus constabat ad filium.

6. Si maioratus, non titulo heredis sit institutus, sed donationis, aut legati, vel alio simili, tunc si reuocabiliter sit institutus, priuari eo non potest ingratu aduersus institutorem, nisi ex causis ingratitudinis, ex quibus donatio, etiam consummata traditio, potest reuocari, iuxta legem. vlt. C. de reuoc. donat. Ita communis doctorum sententia, quam Molina, c. 9. citato, nu. 21. refert ac sequitur. Et quonia id copiose à nobis disp. 281. explanatum est, eo lecto rem remittimus.

Hinc constat, propter inimicitias ortas inter institutorem, & vocatum ad maioratum priuari eo non posse vocatum ad eum maioratum, nisi ortum habeat ex aliqua ingratitudinum ea lege contentari, vt cum Molina, & communi doctorum sententia, disputatione citata dictum est. Quod si delictum tale sit, vt propter illud vocatus ad maioratum eo reddatur indignus, tunc vtilitas ex eo maioratu pertinebat ad filium, interim dum vocatus ad eum vixerit, nisi simul delictum sit tale, vt propter illud sit etiam eo omnino priuandus.

Illud obiter, ex eo, quod ingratu in institutorem, tali maioratu priuetur ob aliquam ex causis lege citata commemoratis, non propterea dissolui maioratum, sed transire ad vterius ad eum vocatum, qui ingratu non fuerit: ei enim à principio censetur etiam facta eadem donatio sub modo, quæ proinde comparatione ipsius, & vterius ad eum vocatum, non potest sine culpa legitima reuocari.

Molina vbi supra, cum communi doctorum sententia, asserat, vocatum ad eiusmodi maioratum reuocabilem, non solum posse eo priuari ob aliquam ex causis ingratitudinis, vlt. citata commemoratis, sed etiam ex alijs aequalibus, aut grauioribus causis, nos vero satis solide, ni fallimur, ostendimus contrarium disp. 281. citata.

Eadem disputatione cum Molina, & cum communi doctorum sententia, quam retulimus, diximus, quamuis, si causa ingratitudinis, sufficiens ad priuandum ingratum eo maioratu, cognita fuit à maioratus institutore, nec eum illo priuatum, aut priuare est aggressus, cum posset, non possit postea heredes institutoris, vteriusve ad eum maioratum vocati, priuare eum ingratum eo maioratu, ex illa causa; si tamen institutor maioratus illam ignorauit, aut cum eam sciuerit, neque illam remisit, neque tempus habuit ad intendendum priuare ita ingratum eo maioratu, posse heredes institutoris, vocatumve vterius ad eum maioratum, illum eo priuare, intendendo, lo eo defuncti, aduersus eum accusationem causamq; ingratitudinis aduersus eum probando.

Ex dictis eadem disputatione liquet, ingratu antequam causa ingratitudinis aduersus ipsum sufficere probetur, & leuatur sententia, non teneri relinquere maioratum, sed tunc legis actio posse illi retineri: eo quod dispositio legis vltima. C. de reuoc. donat. pœnalis sit, ac proinde locum non habeat ea dispositio, nisi post latam sententiam.

Postremò illud admonerem, si maioratus esse institutus irrevocabiler ex causa onerosa, vlt. institutus esset in aliquo ad ducendum aliquam uxorem, que aliter contrahere non uellet cum illo, vel si institutus esset in aliqua in dotem, vt nuberet alicui, tunc ingratitudinem ita vocati ad eum maioratum, non sufficere ad eum priuandum illo, in prauidicium alterius coniugis, & prolix ex eo matrimonio, vt disputatione citata de simili donatione ex causa onerosa dictum est.

Quando maioratus reuocabiler esset institutus, siue in modum legati, prœlegati, aut fideicommissi, siue contractu inter viuos reuocabili, tunc, si ortus esset graues inimicitias inter institutorem, & vocatum ad eum maioratum, esto ex parte institutoris essent ortæ, censetur vocatus ita ad maioratum, esse ab eo tacite ac valde exclusus, nisi ante mortem institutoris ad amicitiam transisset, non tamen dissolueretur maioratus, sed transferretur ad vterius ad eum vocatum. Quo loco obferui, si inimicitia vsque ad mortem institutoris perseverarent, esto institutor maioratus tempus haberet ad excludendum ita vocatum sibi inimicum, ab eo maioratu, imò esto codicillum efficeret, neque in eo illum excludere, censetur nihilominus tacite ab eo exclusus, nisi institutor contrarium declararet.

Quando vocatus ad maioratum grauem iniuriam, etiam post mortem, inferret institutori, propter quam indignus esset eo maioratu, tunc maioratus ad filium pertinere quoad commoditate, interim dum ille uiuere, nisi institutor maioratus, dum uiuere, eam iniuriam remisisset, iuxta ea que disp. 212. citata dicta sunt. Et quoniam hæc omnia ibidem à nobis comprobata, explanataque sunt, idcirco hoc loco non plus circa ea immoror. In eis consentit Molina, c. 9. citato à num. 38. Ac licet disputatione citata solum nobis fuerit sermo de tacita legatorum & fideicommissorum, reuocatione; idem tamen dicendum est de relictis contractu inter viuos reuocabilibi, vt bene Molina vbi sup. num. 42. ait. Quoniam eiusmodi contractus, quoad ipsorum reuocabilitatem ac finem, naturam habent legatorum, vltimarumque voluntatum, vt sæpe dictum est. Illud insuper obferui, ad probandam eiusmodi tacitam reuocationem legatorum, ac fideicommissorum, non esse proinde tacitam exclusionem à maioratu, de qua hoc. §. est habitus sermo.

Molina, & Cou. disputatione citata dictum est.

DI.

DISPV T. 655.

Possessor maioratus an illo priuari possit ob disipationem bonorum, quibus is maioratus constat.

S V M M A R I V M.

1. Maioratus in institutione si sit clausula apposita, quod eo ipso, quod possessor aliquid de illo alienet, aut alienare attemptet, sit illo priuatus, si ex clausula contraveniatur, transito ex ipso in vterius ad eum vocatum.
2. Fideicommissum si pater grauatius restituere filio familias dolo, & non sola culpa dissipet, & detrimentum sit notabile, nec facile reparari possit, priuatur pater fideicommissum, & fructibus illius. Si vero interueniat sola culpa, aut reparari facile possit, vel non sit graue, solum remouetur ab administratione, & ex fructibus reparari damnum.
3. Fideicommissum si quis non sit grauatius restituere filio suo familias, sed cuiquam alteri, ob disipationem, solum priuari potest administratione, & ex fructibus reparari debent damna, residuum vero eorum ita grauato restitui debet.
4. Maioratus possessor ob disipationem bonorum maioratus, solum priuari potest administratione illius, & ex fructibus reparari debent omnia damna: residuum vero reddi illi debet.

Quando in maioratus institutione apposita est clausula, quod eo ipso, quod successit illi aliquid ex bonis, quibus constat, alienet, priuetur eo maioratu, aut sit eo ipso illo priuatus, & maioratus, dominumque rerum omnium illius, transiunt in vterius vocatum, vt frequenter hodie in maioratum institutionibus, non solum id apponi solet, sed etiam, quod eo ipso, quod possessor alienet aliquid attemptet, sit eo ipso priuatus maioratus, & transeat continuo in vterius ad eum vocatum, vt Molina, lib. 1. de primogen. in calce capituli, 6. restatur apponi hodie frequentissime, tunc superflua est hæc dispositio: quoniam, si alienet, aut alienare attemptet (quando hoc etiam secundum sub ea pena & modo est prohibitum) constat posse eo ipso illo priuari, vt idè Molina ibidem ait, & constat ex dictis disp. 611. Quando vero non est apposita ea clausula, vt in maioratibus antiquis apponi non consuevit, aut dispositio non fieret alienando, sed aliqua alia ratione, que simili clausula, apposita in maioratus institutione, non esset comprehensa: locum tunc habet hæc dispositio.

Lege imperator. ff. ad Trebel. cum quidam hereditatem patri cuidam familias reliquisset, eumque grauasset, vt eo ipso, quod filius ita grauati, egrediretur patriam potestatem, ei hereditatem restituere: probatumque esset, hæredem grauatum multa in fraudem fideicommissi fecisse, ac scilicet bona dissipando. Adrianus Imperator præcepit, eam hereditatem restitui filio illi, nondum à patria potestate egreffo, neque in tuta tali filij patrem habere quicquam iuris in ea bona, sed filium, post hereditatem ita acceptam, comparari circa ea bona militi, quia perinde potest illa administrare, eaque defendere, & circa illa agere, atque eis frui, ac si essent bona ipsius castrensis. Reddit vero ratione textus, quare imperator in eo euentu id præcepit. Nam inquit, quia cautiones non poterant interponi, conseruata patria potestate. (eo quod pater non possit ciuilitate obligari filio adhuc existenti sub ipsius potestate, vt habetur. §. item inutilis, inst. de inutilib. stipulat. si frater à fra-

tre. ff. de condict. indeb. & alijs iuribus) ideo damnum conditionis fraudem inflixit, (id est præcipit, vt pater restituere damnum restituendi hereditatem ante conditione egreffus filij ab ipsius potestate impletam, in penam fraudis quam commisit). In fine vero textus subiungitur. Si pater egerit, debere nihilominus de rebus hereditatis ita restituta, alimenta, iudicis officio, ei præstari ob paternam reuerentiam. Hinc Molina, cap. 16. citato, nume. 1. iuxta sententiam plurimorum aliorum, quos citat, colligit, si proxime successor vltimo maioratus possessor, sit filius familias illius, isque vltimus possessor, non leuiter, sed multum, dissipet bona maioratus, posse illo priuari, relicto ex rebus illis alimentis, si eis egerit, tradendumque esse maioratum tali filio fruendum, & administrandum, saltem dato ei curatore circa eam administrationem, si talis filiusfamilias minor adhuc sit.

Hoc ipsum confirmat Molina ex l. cogi, §. si pater, ff. ad Trebel. vbi habetur, si pater grauatur restituere hereditatem filio sub ipsius potestate constituto, & pater recuset ea adire, quia dicit sibi esse dissipatam, posse patrem cogi à pretore ea adire ad filij petitionem, in filij damnum, ac commodum. Hic tamè textus, nihil sanè facit ad res de qua disputamus; neque enim, vt Molina vult, id fit, quia pater recusando ita adire hereditatem, dissipat bona fideicommissi filio relicto; neque fit in penam patris propter culpam, priuatio patris emolumento iam querito, aut quod querere vellet, vt fit in euentu legis, Imperator, & fieret, si possessor maioratus eo priuaretur, quia bona dissiparet quibus constat: sed fit iure fideicommissarij omnibus communis, quo cogere possunt heredes grauatos, vt in ipsorum damnum, ac commodum, ad eam hereditatem, quam tanquam damnosam, adire recusant, eaque de causa tunc amittunt totam hereditatem commodum, vt disp. 186. dictum est.

Molina vbi sup. nu. 2. refert, magnum esse controuersiam, vt hodie de iure Codicis reuocata sit dispositio illa legis, Imperatoris, referat; Cum autem & Imol. asserentes, reuocata esse. Dicitur, quoniam ratio eius de conditionis, vt ex ipsamet lege constat, facta, quia pater obligati ciuilitate, ac proinde cauetur, non poterat filio, dum sub ipsius erat potestate, ea verò, inquit, iam hodie de iure Codicis, cauere potest pater filio circa bona filij aduentitia, vt constat ex h. i. ubi emus. §. in supra dictis, C. ad Trebel. contententique videtur gl. vlt. in authentica si patris. C. de inof. f. test. Numero vero, §. subiungit Molina, quoniam ea obiectio vrgentissima sit, communem tamen doctorum sententiam cum Barto. quam ipse refert ac sequitur, esse in contrarium, nempe legem Imperatoris, correctam non esse iure Codicis. Impugnato vero rationem quandam huius opinionis multorum dicentium, idcirco affirmandum esse, legem Imperatoris correctam non esse iure Codicis: quoniam quamuis interponi cautiones inter patrem & filium de iure Codicis possint, filius tamen non tenetur se committere fragilitati cautionis, iuxta legem cogi.

§. idem queritur. ff. ad Trebel. Ait vero Molina rationem hanc fragilem esse, eo quod textus ille in re longe diuersa loquatur. Alias rationes reddit Molina ibidem à nume. 6. que certe mihi non probantur: contendit quippe, non ea potissima ratione, id in eo euentu lege Imperatoris fuisse sancitum, quod cautiones inter patrem & filium præstari non possint: cum tamen eam textus aperte reddat, nisi cum culpa & dolo patris, cui hereditate illa, emolumentoque ex ea, priuetur in penam iustæ. Ego dicere, cum communi sententia, legem Imperatoris, vni habere post se illud Codicis: eam tamen ratione, quod in illud Codicis admittit, quidem cautionem inter patrem & filium familias circa fideicommissum, at-

tamen in duobus tantum euentibus, qui in eo, s. ex-primuntur, de quorum numero non est euentus legis Imperator: quare non est cur dicamus legem Imperator e iure Codicis esse correctam.

Molina ubi supra nume. 12. ait, maximam etiam esse controuersiam inter Doctores, num. ut pena ac decilio legis imperator, locum habeat, opus sit, patrem dissipare deo bona fideicommissi; an vero factus sit, culpa ac negligentia illius illa. notabiliter sed, ut priuatur fideicommissio. Et quamuis Molina cum multis contendat, satis esse culpam sine dolo; nihil tamen contrarium, cum alijs probatur in euentu legis Imperator, in quo in penam priuatur pater non tantum administratione, sed etiam commodo toto hereditatis, quod ad ipsum ante tempus restitutionis praesumitur attingebat, ut ex ipsa lege constat. Cum enim leges penales restringenda sint, neque extendenda ad id, quod non sonant; & lex illa perspicue eam penam patri infligat propter dissipationem bonorum fideicommissi fraudulentam ac dolosam, ut patet ex illis uerbis eius legis; ac multa in fraudem fideicommissi fieri probantur. Et rursus, id eo damnum conditionis propter fraudem inflixit; sane, ut ea tanta pena locum habeat, fraus uera est necessaria, dolusque uerus: alioquin solum confuletur filio, priuando patrem administratione, atque ex fructibus refarciendo damna fideicommissi, reliquumque fructuum reddendo patri, ad quem spectat, interim dum tempus restitutionis talis fideicommissi non aduenit.

Bart. & alij, ut Molina ubi sup. nume. 14. refert, sentiunt, quando dissipatio fideicommissi fraudulenta est talis, quod postea facile subueniri potest filio familias reparari; aut alius confanguineus, uel extraneus. Et aduersus Bartol. & multos alios, quos citat, arbitratu locum habere. Consequenter uero toto eo capite affirmat, eandem legem imperator locum similiter habere, in quoque maioratus possessore, siue maioratus per mortem illius deuenire debeat ad filium ipsius familias, siue ad emancipatum, siue ad alium confanguineum, uel extraneum, argumeto sumpto a fideicommissio ad maioratum. Ego uero arbitror, legem illam locum non habere, nisi in solo fideicommissio filio familias: a patre restituito, ut Bart. & plerique alij affirmant: in nulloque maioratu locum habere: sed in alijs fideicommissis, si haeres grauat dissipat bona fideicommissi, remoueri posse ab administratione, & ex fructibus refarciendo esse, ut ex eisdemque fructibus esse faciendos sumptus necessarios ad uindicanda bona inde ab eo alienata: atque incrementum fructuum, et esse reddendum usque ad tempus restitutionis talis fideicommissi. Atque idem dicendum arbitror de quocunque possessore maioratus, remoueri uide licet esse posse ab administratione, si bona maioratus dissipet, aut alienet, & ex fructibus instauranda esse, atque deteriora reddenda sunt, & uindicanda esse bona inde alienata, atque, quod superfluum ex redditibus, per solutis labore & industria administratores, reddendum esse tali possessori maioratus, interim dum uixerit, neque priuari posse eo emolumento. Ducor, No solum, quia lex illa id peculiari modo statuit in parte grauato, eo quod facillime non posset filio familias, ut perspicue in ea lege habetur, & quoniam tandem bona patris deriuanda essent in filium, si uisq; alimenta ei praebere teneretur, etiam de alijs suis bonis, si redditus fideicommissi non sufficerent, patetque, eis indigere: sed etiam possit ducor, quoniam lex illa penaliter est, quo ad eam priuationem omnimodam emolumentum illius ex ea hereditate, ut ex se est notissimum, & ex ipsa lege constat, uerbis illis:

A esse ab administratione, possulante filio, si damnum adhaec non esset multum, ex fructibus; id damnum esse reparandum, & reliquum fructuum patri esse reddendum, interim dum tempus non aduenisset illud restituendi.

Molina ubi supra numero uigesimo sexto, refert Baldum, & post eum Alexandrum, inter alios, legem Imperator, ut decilio illius, quod scilicet pater propter nimiam fraudulentamq; dissipationem priuari omnino debeat fideicommissio, & fructibus illius, solum habeat locum, quando dilatio restitutionis illius apponita fuit in bonum & fauorem filij: quando uero apponita fuit in bonum & fauorem patris, locum non habere eam legem, sed priuandum esse tunc patrem sola administratione eorum bonorum, fructusque uisq; ad tempus restitutionis, esse illi reddendos. Merito autem contrarium affirmat, sufficienterque ibi probat Molina. Etenim fideicommissum, de quo sermo est lege Imperator, manifeste in bonum patris fuit sub nomine hereditatis illi relictum usque ad tempus restitutionis; quod significat uerba illa: damnum conditionis propter fraudem inflixit; semperque praesumitur, in bonum haeredis relinqui usque ad tempus restitutionis, nisi contrarium aliunde constet. Id quidem Baldo & Alexandro libenter conser, quod dicunt fuisse faciendum, nisi in penam patri id in ea lege statuisset Adrianus Imperator: seclusa enim pena, quod dicitur, etiam sane faciendum ac statuendum: lex quippe illa penaliter est ea in parte.

C Quareit Molina a numero uigesimo nono. num. lex imperator locum etiam habeat in haerede grauatore restituere hereditatem eius, qui filius familias ipse non sit, sed emancipatus, aut alius confanguineus, uel extraneus. Et aduersus Bartol. & multos alios, quos citat, arbitratu locum habere. Consequenter uero toto eo capite affirmat, eandem legem imperator locum similiter habere, in quoque maioratus possessore, siue maioratus per mortem illius deuenire debeat ad filium ipsius familias, siue ad emancipatum, siue ad alium confanguineum, uel extraneum, argumeto sumpto a fideicommissio ad maioratum. Ego uero arbitror, legem illam locum non habere, nisi in solo fideicommissio filio familias: a patre restituito, ut Bart. & plerique alij affirmant: in nulloque maioratu locum habere: sed in alijs fideicommissis, si haeres grauat dissipat bona fideicommissi, remoueri posse ab administratione, & ex fructibus refarciendo esse, ut ex eisdemque fructibus esse faciendos sumptus necessarios ad uindicanda bona inde ab eo alienata: atque incrementum fructuum, et esse reddendum usque ad tempus restitutionis talis fideicommissi. Atque idem dicendum arbitror de quocunque possessore maioratus, remoueri uide licet esse posse ab administratione, si bona maioratus dissipet, aut alienet, & ex fructibus instauranda esse, atque deteriora reddenda sunt, & uindicanda esse bona inde alienata, atque, quod superfluum ex redditibus, per solutis labore & industria administratores, reddendum esse tali possessori maioratus, interim dum uixerit, neque priuari posse eo emolumento. Ducor, No solum, quia lex illa id peculiari modo statuit in parte grauato, eo quod facillime non posset filio familias, ut perspicue in ea lege habetur, & quoniam tandem bona patris deriuanda essent in filium, si uisq; alimenta ei praebere teneretur, etiam de alijs suis bonis, si redditus fideicommissi non sufficerent, patetque, eis indigere: sed etiam possit ducor, quoniam lex illa penaliter est, quo ad eam priuationem omnimodam emolumentum illius ex ea hereditate, ut ex se est notissimum, & ex ipsa lege constat, uerbis illis:

D Obseruant Doctores, quos Molina cap. 16. cita- to a nu. 17. refert ac sequitur, non quamcunque dilapidationem bonorum fideicommissi, esse satis, ut pater eo priuatur, sed necessariam esse magnam arbitrio praedictis, quantitate; fideicommissi spectata; id quod satis significat uerba illa legis Imperator: ac multa in fraudem fideicommissi fieri probantur: quare, si fideicommissum plurimum rebus constet, non satis ad id est uisus tantum rei dissipatio, sed plurius requiritur, ut uisus, que multis ualere aequipollent. Sufficeret tamen non tanta dissipatio, ut pater a iudice, filio id petente, admoneretur ac preciperetur, ne ulterius in dissipatione progrediretur, alioquin priuandum esse eo fideicommissio: eo uero ulterius in illa progrediente, esse tunc illo priuandum, ut Molina, & alij, affirmant. Dicerem, saltem remouendu

illis: damnum conditionis propter fraudem inflixit, id est, ea pena Imperator Adrianus eum puniuit: leges autem penales extendi non debent, etiam ex paritate, aut maiori rationis, ad alium casum, pro quo ea pena non est expressè statuta. Poterit maioratus, licet quando titulo haereditis, legati, aut prelegati, est institutus, rationem habeat fideicommissi familiaris relicti; in multis tamen ab eo distat, ut disputat 577. ac alibi, explanatum est: quando uero aliter est institutus, neque illo modo habet rationem fideicommissi, sed rei donatae sub modo: quo fit, ut lex illa penalis ad maioratus, qui fideicommissa non sunt, extendi nulla ratione possit: sed neque ad maioratus, qui licet sint fideicommissa, non tamen sunt fideicommissa patri relicta, ut ad filium suum familias morte illius deueniant: quare, cum maioratus omnes eodem iure hac in parte censeri debeant: consequens profectò est, ut in nullo maioratu habeat locum de cetero legis imperator. Adde, maioratum titulo haereditis legati, aut prelegati, institutum, licet fideicommissi familiaris relicti rationem aliquo modo habeat, ac proinde ea ratione dici posse uideretur in eo habere locum legem imperator; quando à patre in filium ipsius familias deriuari deberet: multum tamè ab eo fideicommissio, à fideicommissio simpliciter, distat, ac proinde neque ad eum solum extendi posse penam legis imperator.

DISPV. 656.

Maioratus ex bonis patrimonialibus, num ex delicto possessoris, qui institutor illius non est, confiscari ualeat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Maioratus ex bonis patrimonialibus institutus, non confiscari regulariter non potest ob delictum possessoris illius, qui institutor eiusdem non sit: sed commoditates pertinet ad fideicommissum dum ille uixerit. Idem de alijs, qua non iure hereditario, sed ex pacto & prouidentia deriuari ad aliquos debent.
- 2 Ius patronatus, & iura alia, qua in haeredem extraneum non transeunt, ad fideicommissum non pertinent ob delictum ex possidentis.
- 3 Emphyteusis, quae ob delictum emphyteute non confiscatur, & quando commoditas ad fideicommissum pertinet.
- 4 Feudum quod, ob delictum feudatarij non confiscatur, & quis in eo succedat, quando foret confiscandum.
- 5 Fisco non deuoluitur bonum ob delictum illud possidentis, quando in alio iure uisum prohibetur tace aut expresse, illi fuerat illud alienare.
- 6 Maioratus, aut ususfructus, sola commoditates transeunt ad fideicommissum toto tempore, quo possessor maioratus, aut ususfructus uarijs uixerit, quando ob illius delictum bona omnia confiscantur. Et transeunt, etiam si institutor disposuerit, ut ad fideicommissum non transeant, sed permanceret apud possessorem maioratus, aut ususfructus.
- 7 Maioratus commoditates ad fideicommissum non spectat commissio à possessore delicto, ob quod omnia eius bona confiscantur, quando institutor disposuit, ut à puncto commissi talis delicti amitteret maioratum, & transeant ad alium.

S Vperest dicamus de extinctione maioratus ob confiscationem ex delicto. Ne uero res hac longitudo tadium pariat, aliquot disputationes erit secunda. Atque primo dicendum erit de maioratu ex bonis patrimonialibus eum in-

A stituentis creato, & de confiscatione ob delictum legitimi possessoris, qui institutor illius non sit. Secundo, utrum saltem propter atrocissima & sceleratissima delicta, scilicet maiestatis diuinae, aut humanae, atque Sodomiae, talis possessoris, confiscari in maioratus possit. Tertio, utrum propter delictum laesae maiestatis humanae, aut diuinae, eiusdem possessoris, excludantur à successione in illo eius liberi, & succedat ulterius ad eum uocatus. Quarto, utrum propter delictum institutoris, cuiusmodi maioratus confiscari possit. Quinto denique, utrum maioratus de bonis coronae regni confiscari possit ob delictum possessoris illius, & regnum propter Regis delictum.

Quod ad primum attinet, breuiter cum Ant. Gomez. l. 40. Tauri. nu. 91. Grego. Lopez. l. 6. uerb. que la no pudiese vender, in prin. Molina, lib. 4. de primo gen. c. 11. a nu. 1. & cum plerisque alijs, est dicendum, eum maioratum confiscari non posse propter delictum talis possessoris, exceptis euentibus disputato ne sequenti explicandis: tamen commoditas ex illo, nisi aliud id impediat, ad fideicommissum pertinet toto tempore, quo uixerit is possessor, ob cuius delictum bona ipsius omnia confiscantur. Ratio fundamentalis primi ac praecipui, quod hoc nostrum assertum continet, nempe maioratum, de quo loquimur, confiscari non posse ob delictum ita et obtinentis, haec est. Quoniam is possessor, licet dominus sit eius maioratus, id tamen dominium habet ex praescripto institutoris, atque solum in tempus, quo uixerit, nisi restrictio alia ab institutore sit apponita, qua in breuius adhuc tempus aliquibus in euentibus illud et concedat; postea uero transit in ulterius ad eum maioratum ab eodem institutore uocatum, & in alios ordinem quodam, ex praescripto eiusdem institutoris, qui proinde omnes eum maioratum accipiunt non ab immediato possessore, sed à primo institutore, tanquam rem illius, ipsi in id tempus relictae: quare singulis ius habent ad ita succedendum in eo maioratu, atque ut ipso fiat, eoque perfruantur, ut prima institutionis, atque ab institutore ipso, & non à proximo possessore: quia ergo, licet possessore bono delicto, quo confiscationem suorum omnium maioratum meretur, sibi possit prauidere, non tamen prauidere potest uocatis ulterius ad eum maioratum, in iure, quod habent non ab eo, sed à primo institutore, ut post talem possessorem, succedat in eo maioratu, eumque obtineat, inde euenit, quod is maioratus confiscari non possit in praesentium ulterius ad eum uocatum, ob delictum legitimi illius possessoris. Atque idem, propter eandem rationem, est dicendum de quacunque alia re, quam ita possidet is delinquens, ut non pro arbitrio ipsius deriuanda sit ad quoscunque ipsius heredes, sed ex pacto & prouidentia, aut ex iuris dispositione, de uentura sit ad certum aliquem, aut ad aliquem ex certis: neque enim fidei delicto prauidere ipsi potest, qui ex eo pacto & prouidentia, iuris uis dispositione, ius habent ad eam rem possitulum ita obtinendam.

C Haec confirmantur. Primo, quoniam ius patronatus, & alia iura, qua transeunt non possunt in haeredem extraneum, transeunt in fideicommissum non possunt ex delicto ea possidentis; sed confiscatis ceteris bonis delinquentis, transeunt ad descendentes ex illo, ut constat ex l. libertorum. ff. de iure patron. & ex l. eorum, ff. ad legem Iuliam maiest. atque affirmant Barto. & alij, quos Molina lib. 4. de primog. cap. 11. nu. 2. refert ac sequitur: ergo maioratus, qui ex praescripto institutoris deuenire debet ordine quodam solum ad certos ad eum uocatos, in eorum prauidendum, non pertinet ad fideicommissum ex delicto eum possidentis.

Secundo, quoniam ius patronatus, & alia iura, qua transeunt non possunt in haeredem extraneum, transeunt in fideicommissum non possunt ex delicto ea possidentis; sed confiscatis ceteris bonis delinquentis, transeunt ad descendentes ex illo, ut constat ex l. libertorum. ff. de iure patron. & ex l. eorum, ff. ad legem Iuliam maiest. atque affirmant Barto. & alij, quos Molina lib. 4. de primog. cap. 11. nu. 2. refert ac sequitur: ergo maioratus, qui ex praescripto institutoris deuenire debet ordine quodam solum ad certos ad eum uocatos, in eorum prauidendum, non pertinet ad fideicommissum ex delicto eum possidentis.